



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

57. An Parochus in illis diebus, in quibus tenetur Missam celebrare, vt
populus eam audiat, poßit pro ea manualem eleemosynam recipere? Ex.
p. 4. tr. 4. & Misc. r. 232. ibid.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76405](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76405)

cum sit humanum, humanitas autem, seu exquitas vacationem concedit. Ita Peyrinus, vide etiam de Nigro in addit. ad Ruyz, part. 1. pr. sup. 1. q. 1. Nota eriam quod idem Peyrinus num. 24. tenet, quod si Capellanus obligatus ad quotidie celebrandum cetero per duos menses, non tenet per alium celebrare, nec ipse factus fanus relietas Missas dicere, quia breve tempus intelligitur spatium dorum mensium, & cum fundator mente suam non explicaret, se non intendere dare stipendium nisi quotidie celebranti, quacumque causa exclusa, non est credendum quod voluerit tam stricte obligare: vnde enim viuet pauper Capellanus infirmus, qui nihil haber pater stipendium Missae, si eo paruo tempore, quo plus indiget, tenetur alteri stipendiū largiri? Hec Peyrinus, & ante illum Bartola in aphorism. litter. C. verbi Capellanus, ubi sic ait: Capellanus agrotans toto anni spatio potest excusari per bimensem tantum à Missis celebrandis singulo anno, occasione infirmitatis. Ita ille, & tandem nouissime hanc sententiam, me citato, tenet Ioan. de Lugo de sacr. Euchar. dis. 21. sect. 1. n. 49. qui ridet Vegam in summ. cap. 38. cas. 14. & P. Stephan. de Aula in manuscript. afferentes Capellatum per duos menses infirmum, non teneri per alium celebrare; & idem etiam docet Franciscus de Nigro in addit. ad Ruyz, part. 1. pr. sup. 1. q. 1. que omnia à fortiori magis probabilem faciunt sententiam, quam ego docui in 4. part. tr. 4. ref. 238. cum Hurtad. nempe Capellatum infirmum Missas omittas pro uno mense non teneri compensare.

RESOL. LVI.

An Parochus teneatur celebrare pro suis ouibus, & quoties; & an teneatur illis aliquas Missas applicare? Et quid, si adit consuetudo in contrarium? Et an hac consuetudo obligat sub mortali, quando de hoc onere non constat ex tabulis Ecclesiae, vel ex praep. Episcopi? Ex part. 2. tr. 14. Ref. 26.

In loco in §. 1. R Espondeo Curatum debere in diebus Dominicis, & in festis, quibus populus tenerit audiit Missam, celebrare per se, vel per alios ex iusta causa. Ita Villalobos in sum. part. 1. tr. 8. dub. 14. n. 5. Ioan. de la Cruz in direct. conf. part. 2. de sacr. Miss., quæst. 1. dub. 8. concl. 3. Sylvius in 3. part. quæst. 8. 3. art. 1. queritur 17. & alii.

2. Sed licet, ut diximus, teneatur celebrare in his diebus, non tamen infernus, quod teneatur pro populo dictas Missas applicare, & ideo potest stipendium ab aliis pro supradictis Missis, sine scrupulo accipere, nisi adit consuetudo in contrarium. Contra Nugum in 3. part. tom. 1. quæst. 8. 3. art. 1. dub. 9. concl. 2. fol. mibi fol. col. 1. Parochio enim, ut bene obseruat Sylvius ubi supra, non debentur prouidentes pastorales præcise, ut celebreret ad intentionem populi, sed ratione totius officij pastoralis.

3. Et etiam si adit, putat Posselinus de officiis Curati, cap. 2. num. 4. & Fraxinellus de oblig. Sacerdot. fct. 3. concl. 2. §. 1. n. 4. & alii, hanc consuetudinem non obligate sub mortali, quando de hoc onere non constat ex tabulis Ecclesiae, vel ex praep. Episcopi, cum in præiudicium aliquius non sit inducenda obligatio, sine claris probationibus. Circa hanc quæstionem vide etiam Vasquez in 3. part. tom. 3. disput. 2. 32. cap. 1. n. 12. Suarez in 3. p. tom. 3. disput. 86. fct. 1. Fillium tom. 1. tract. 5. cap. 6. n. 174. & alios.

RESOL. LVII.

An Parochus in illis diebus, in quibus tenetur Missam celebrare, ut populus eam audiat, possit pro ea manualem elemosynam recipere? Ex part. 4. tract. 4. &c. Miscell. Ref. 232.

§. 1. Supponendum est, Parochum ex vi beneficij parochialis non teneri ad offerendam Missam pro populo, quia obligatio Parochi ad id nullo iure scripto, nec confutudine introducta probari potest, nec ex institutione beneficij parochialis deducitur, quia ex hoc tantum deducitur obligatio Parochi ad celebrandam Missam, ut populus eam audiat; ita ego in tract. de celebratione Missarum, & nouissime Hurtado de Sacram. dis. 4. de sacrific. Miss. diff. 16. Hoc supposito, queritur, an Parochu in dicto cafu, quando celebrat, ut Parochiani Missam audiant, possit pro applicatione Sacrifici elemosynam accipere ab alio? Et negatiam sententiam, teste Gellio in 8. sect. Canon. cap. 28. n. 4. & Barbosa in collect. declarationum, ver. Missarum elemosyna, §. vlt. determinauit sacra Cardinalium Congregatio sub die 1. Septembris 1629. sic afferens: Missam quibus diebus tenetur Parochi celebrare, non possunt pro ea manualem elemosynam recipere.

Sup. hoc i.
quod hic
supponitur,
in Ref. præ-
terita §. 1.

Sup. hoc ibi-
dem in §. Sed
licet.

RESOL. LVIII.

An Sacerdos simplex nullo impedimento detenus pecet mortaliter non celebrando, modo committere in Paschate, nec adit scandalum, vel contemptus? Et docetur simplicem Sacerdotem ter, aut quater celebantem in anno, & præcipue in Natalis Domini die, Resurrectionis, & Pentecostes minimè peccati mortalis reum esse. Ex p. 2. tr. 14. Ref. 19.

§. 1. Peccare mortaliter respondit Ioan. de la Cruz in direct. part. 2. de sacr. Miss., q. 1. dub. 2. concl. 2. Villalobos in sum. part. 1. tr. 7. dub. 49. n. 1. Homobonus in exam. Eccles. part. 1. tr. 4. cap. 14. quæst. 1. dub. 8. concl. 3. Sylvius in 3. part. quæst. 8. 3. art. 1. DD. communiter.

2. Sed contraria sententiam probabilem puto cum Bonacina de Sacram. dis. 4. quæst. vlt. punct. 7. n. 10. & illam docet D. Bonav. in 4. dis. 12. art. 2. q. 2. Victor. in sum. n. 94. Caetan. & alii.

3. Nota vero, quod DD. pro contraria sententia citati docente simplicem Sacerdotem ter, aut quater celebantem in anno, & præcipue in die Natalis Domini, Resurrectionis, & Pentecostes minimè peccati mortalis reum esse, nec teneri alii vicibus celebrare, sup. hoc in citati docente simplicem Sacerdotem ter, aut quater tom. 3. tr. 1. ex lata do- Ref. 19. Et illam docet D. Bonav. in 4. dis. 12. art. 2. q. 2. prope mortalis reum esse, nec teneri alii vicibus celebrare, finem §. Di- Vide Fernandez in exam. Theol. Moral. part. 3. cap. 5. ces. §. 6. num. 1. & Pitigianum in 4. tom. 1. dis. 13. quæst. 2. artic. 1.

RESOL. LIX.

An Capellanus agrotans per aliquos dies teneatur per alium Sacerdotem Missas celebrare? Ex p. 2. tr. 14. Ref. 27.

§. 1. Negatiū respondent DD. Sed difficultas est sup. hoc in assignare numerum dierum, Molces. in Ref. seq. & summ. part. 1. tract. 6. cap. 1. num. 79. Riccius in part. 1. ref. 3. 40. n. 5. Graffius tom. 2. conf. lib. 3. de præben. diff. 2. num. 5. Fraxinellus de obligat. Sacerd. fct. 4. concl. 4. ver. Nota §. 13. Barbosa de potestate Episcopi, part. 2. alleg. 24. etiam.

C 4 num. 31.